



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvat̄is, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

130. Fer. 5. Ponderatur magis donum amicitiāe cum Deo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

Feria 5. Domin. in albis. 229

trinfeco, seu ex hostium insultibus, blandis,
aut asperis, & contra utraque remedium à
Domino petam.

MEDITATIO CXXX.

Feria 5. Domin. in albis.

*Ponderatur magis donum amicitia
cum DEO.*

Vldebo amicitiam cum DEO, unionem
esse inæstimabilem. Petam intelligere,
& consequi, & in hoc bono spirituali perse-
verare.

Conf. 1. Quomodo Deus admittat ho-
minem ad amicitiam suam: vos autem dixi
amicos, quia omnia, quaecunque audivi à Patre
meo (ego homo) nota feci vobis: omnia, quæ
vos audire oportebat. Servum esse Dei be-
neficium ingens est, majus esse socium, ma-
ximum esse amicum.

Conf. 2. Verba Domini: *Vos amici mei
estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis.* Præci-
pit dilectionem, quæ distinguit inter servum
& amicum; servum, qui ex timore; amicum,
qui ex amore servit. Vnde autem diligere-
mus, nisi prius diligeremur à Deo, unde om-
nis procedit dilectio, quæ ex præceptorum
observatione monstratur? Vnde efficimus
liberi, justî, sancti, cohæredes, fratres, filij,
membra, organa Spiritûs sancti, Christi, &
K 6 Patris

Patris æterni. D. Chrysoft. ad Neop:

Conf. 3. Cùm amicitia à Deo procedat, rogabo impleri in me promissa Christi: & si Herodes stetit promissis filia Herodiadis, Marc. 6. si Balthasar Danieli cap. 6. quanto magis id præstabit *Rex magnus super omnes Deos?* Pl. 94. magis propendens ad amicitiam, quàm ego. Reflectam me, an amicitia cum Deo conservaverim, & quomodo, si ab ea excidi, redire queam: statuamque me exercere in actibus amoris Dei semper: quia minimus actus amoris Dei, Deum valet: hanc amicitiam cù Deo Christus D. nobis sanguine suo emit: hanc ego æstimabo super omnia.

MEDITATIO CXXXI.

Feria 6. Domin. in albis.

De reliquis bonis, quæ Deus in hac vita promittit suis.

Audiam Dominum reliqua in hac vita bona compendio nomine centupli exponentem. Petam intelligere illud centuplum, & consequi.

Conf. 1. Quomodo non tantùm Apostolis sed quicunque fideles, sive paucis, sive multis renuntient, dummodo voluntatem habendi non retineant, sed omnes affectus charitatis postponant, Deum explicitè omnibus præferant, carnalia pro Christo dimittant, quòd